

neretur nihilominus ex palmis nullo finito numero comprehensis, alioquin ex predictis non esset infinita. Unde si supponatur Angelum in singulis palmis percurrentis singulas horas insunere, evidens erit non pauciores esse in duratione horas, quam in linea palmos, quamvis alias sufficeret ad infinitudinem durationis, ut tot instantis complectentur, quorū linea palmos complectitur. Numerus enim instantium nullo finito numero comprehensibilium efficit infinitatem, quamvis minorem infinitate horarum, aut dierum, &c. Quod ut facilius intelligas, cogita infinitudinem unam annorum complecti duodecim infinitudines mensum, & quamlibet infinitudinem mensum continere triginta infinitudines dierum, &c. id est, infinitudines inadæquatas, quæ unam adæquatam conficiunt. Præterea non satis constat veritas principii assumpti ab Objiciente, scilicet non esse infinitam eam lineam, quæ tempore finito percurritur. Imo vero oppositum non difficile demonstratur per hypothesim circini valde apteri, cuius crura esse in infinitum protracta: nam in hoc casu linea, quæ cuspidis unius ab altera distanciam mensuraret, esset, ut patet, infinita, & nihilominus ab aliis ex illis, aut ab ultraque percurri posset intra tempus finitum ac non longius eo, quod sufficit ad utriusque cruris partes centro viciniores conjugandas eo modo, quo solet occludi circinus; aliunde vero hæc hypothesis circini infiniti nullam involvit repugnantiam.

XVI.
Et sic falso
sò con-
cluditur
de dura-
tione &
linea.

Ad id vero quod additur resp. & concedo durationem, de qua est questio, habere medietatem eodem ipso modo, quo haber principium & finem, & habere similiter tum tertiam, tum quartam, &c. sui partem & nihilominus eam non esse finitam intelliges, si perspexeris nullam posse admitti infinitudinem horarum, quæ non complectatur tum duas infinitudines semihorarum, tum quatuor infinitudines quadrantum, tum octo infinitudines semiqdadrantum, tum insuper sexaginta infinitudines minutorum hora, &c. Eas vero infinitudines partiales, quæ unam totalem componunt, Deus distinctissime intuetur, quamvis non possit multitudinem partium, aut quasi partium ex quibus singula consurgunt, arithmeticè designare, eo quod omnem numeri speciem transcendent, juxta communem notionem multitudinis infinita, ex quo sequitur lineam ab Angelo percurrentam esse revera infinitam, qualis supponitur. Verum circa hujus linea quantitatem finitam videatur quid ultra opponat P. Courboulez in sua defensione opinionum Physico - Mathematicarum P. Antonij Laloyeræ ejusdem societatis Jesu à pag. 120; tum quid in oppositum urgeat P. Maignanus in sua appendice 2. §. I. à num. 59. & rursus in-